

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

910 - 951

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](#)

Nov. 11

cum manu senioris mei Hugonis tradidi rem proprietatis meę ad sacrosanctam domum dei genitricis semperque virginis Marię infra Argentinensem civitatem constructam, cui vir venerabilis Otpertus<sup>1</sup> preesse videtur episcopus, hoc est in marca Achenheim nuncupata de terra arabili jurnales in uno loco pariter conjacentes triginta et in alio viginti, quos precio adquisivi de filiis Samuelis, illis videlicet 5 fratribus ibidem domino famulantibus perpetualiter sub usu fructuario utendam in ea ratione et eo conductu, ut post hanc factam traditionem ego ipse et prefata uxor mea atque communes filii filie nostre neenon et legitima procreatio eorum ad tempus vitę omnium nostrum ipsam proprietatem teneamus atque possideamus censem inde ad festivitatem sancti Martini sex denarios persolventes annis singulis 10 camerario fratrum. tunc demum post cunctorum nostrorum decessum supradictę res ad jam dictam ecclesiam cum omni integritate redeant, ut pretitulati servi dei vel successores eorum faciendi exinde, quod voluerint, liberam ac firmam in dei nomine in omnibus habeant potestatem. si quis vero, quod fieri minime credo, ego ipse aut aliquis de heredibus meis seu quilibet opposita persona contra hanc cartam hujus 15 traditionis a me factam venire vel eam intrumpere temptaverit, tunc inferat prescriptę domui dei ejusque rectoribus tenore rectitudinis cogente auri unceas sex, argenti pondera totidem. et hęc coactus exsolvat et quod repetit evindicare non valeat; sed hęc presens traditio omni tempore firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa.

actum publice in civitate suprascripta. data die dominico pridie nonas februarii 20 anno regnante Ludouuico<sup>2</sup> 10, indictione 13, coram testibus subnotatis: signum Hugonis, qui istam traditionem tecum fecit. signum Diethaldi, qui hanc cartam scribere rogavi. signum Rihboldi. signum Sigibodonis. signum Ruodini. signum Erlini. signum Regingeri. signum Gundberti. signum Uuadharii. signum Drudheri. signum Milonis. signum Gundichonis. 25

Ego itaque Ecgihardus cancellarius rogatus scripsi et subscrpsi. item alii testes, qui presentes fuerunt, quando illam rem pretio adquisivi: Nanduic, Ödalher, Engilbold, Diethelm, Hildeman, Zeizo, Bero, Adaluuart, Gotezo, Benzo, Folrat, Suneman.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 or. mb. lit. pat. sine sig.

30

33. Wizericus und sein Bruder Azzo schenken der Münsterkirche zu Straßburg  
44 Hufen in der Gemarkung Düppigheim unter Vorbehalt des lebenslänglichen  
Niessbrauchs. 951 September 26 Straßburg.

Si aliquid de rebus nostris ad loca sanctorum concedimus, mercedem inde in 35 eterna beatitudine habere non diffidimus. ideoque nos Wizericus<sup>3</sup> et Azzo frater meus pro remedio animarum nostrarum et remissione peccatorum nostrorum

<sup>1</sup> Obert Bischof von Straßburg, 906—913.

<sup>2</sup> Ludwig das Kind. Die chronologischen Angaben harmoniren vollständig, wenn wir mit Dämmler Gesch. des Ostfr. R. II, 493 die Epoche auf 900 Februar 4 ansetzen.

<sup>3</sup> Vergl. die alte Namensform in nr. 40.

40